



**L. Coelii Lactantii Firmiani, diuinorum institutionum,
aduersus gentes, de falsa religione liber primus**

Lactantius, Lucius Caecilius Firmianus

[Köln], [1518]

VD16 ZV 9338

Qua ratione dij esse non possunt, quos sexus discernit Et [quod] in naturam Dei non cadit sexus, aut coitus, aut officium generandi. Cap. XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71332](#)

DE FALSA RELI.

intelligamus, quorum memoriam si eadem ratione ueteres consecrauerunt, qua se imaginem, nomenq; filiae consecraturum esse dicit, ignosci mereentibus potest, credentibus non potest. Quis enim tam demens, qui consensu, & placito innumerabilium stultorum, apiri coelum mor

*Sed ut Cæsar in
castra regnante pri
mū solus regnante
inventus est posse
mortales & deos dū
tū ep.*
tuis arbitretur aut aliquid quod ipse non habeat dare al-
ter posse. Apud Romanos Deus Iulius, qd hoc scelerato
homini placuit Antonio, Deus Quirinus, quia hoc pa-
toribus uisum est, cum alter germani fratris extiterit, al-
ter patriæ paricida, quod si consul non fuisset Antonius,
C. Cæsar pro suis in rem publicam meritis etiam defuncti
hominis honore caruisset. Et quidem consilio Pisonis so-
ceri, & L. Cæsaris propinqui, qui uetabat funus fieri, &
Dolobellæ consulis, qui columnam i foro, id est titulum
eius euertit, ac forum expiauit. Nam Romulum desyde-
rio suis fuisse declarat Ennius, apud quē populus amissi
regē dolens hæc loquit. O Romule Romule dic, o,

Qualem te patriæ custodem Dij genuerunt?

Tu produxisti nos intra luminis oras.

O pater, o genitor, o sanguen Dij oriundum.

Ob hoc desyderiū facilius creditū ē Julio Proculo mēti-
enti, qd subornatus a patribus est, ut nūciaret plebi surā ui-
disse se regē hūano habitu augustiorem, eūq; madasse ad
populū, ut sibi delubrū fieret, se Deū esse, & Quirinum
uocari. Quo facto & ipsi populo p̄suasit, Romulū ad de-
os ab̄isse, & senatū suspicione cædis regiæ liberauit.

IQuia ratione dij esse non possunt, quos sexus discernit
Et qd in naturam Dei non cadit sexus, aut coitus, aut

Oteram ijs, quæ retuli, esse contentus,
sed supersunt adhuc multa suscepto opi
necessaria. Nam quāuis ipso reli gionū
capite destructo uniuersa sustuleri, libet
tū prosequi cetera, & redarguere plenius inueteratā per-
suasione, ut tandem homines pudeat suorū, ac pœnitentia
errorum. Magnum hoc opus, & homine dignum,
Religionum animos nodis exoluere pergo. (ut ait Lu-
cretius) quod quidem hoc efficere non poterat, quia nihil ueri
afferebat. Non r̄m est hoc officium, quod & uerū Deum asseri-
mus, & falsos refutamus. Illi ergo, qui poetas finxisse de-
dijs fabulas opinantur, & deas fœminas esse credunt, &
colunt, reuoluſūtur iprudentes ad id, quod negauerāt, coire
illos, ac parere. Nec emfieri potest, quoniam duo sexus genera
di causa sint instituti. Recepta uero sexuū diuersitate, nō
intelligunt cōsequēs esse, ut concipiāt, quod in Deum cade-
re non potest, ut isti putant, nā & Iouis eē filios dicunt, &
caterorum deorum. Nascunt ergo & quotidie quemadmodum dñ no-
ui, nec em uincūtur ab hoībus fœcūditate. Igitur deorum
innumerabiliū plena sunt oīa, nullo scilicet moriēte. Nā
cum hominum uix incredibilis numerus sit, & inæstima-
bilis, quos tamen, sicuti nascuntur, mori neceſſe est, quid
deorum esse tandem putemus, quod tot sœculis nati sunt, im-
mortales sc̄que manserūt. Cūr ergo tam pauci coluntur, nisi
forte arbitramur non generandi causa, sed tantummo ca-
pienda uoluptatis duos esse sexus Deorū, & ea exercere
quæ homūculos & facere, & pati pudet. Cum uero di-

F

DE FALSA RELI.

tabula est osua
namo. libri ad
vphibiblio. pmi
re libri. c. v.
f. 22v

cantur aliqui ex aliquibus nati, consequēs est, ut semper
nascantur, si quidē aliquando sunt nati, uel si aliquā nasci de-
sierunt, scire nos conuenit, cur aut quando desierint. Nō
illepide Seneca in libris moralibus philosophiæ, quid er-
go est, inquit, quare apud poetas salacissimus Iupiter de-
lierit liberos tollere? Vtrum sexagenarius factus est, &
illi lex papia fibulam imposuit: an impetravit ius trium
aliquā liberorum? An tandem illi uenit in mentem, ab alio
expectes alteri quod feceris. Et timet ne quis sibi faciat,
quod ipse Saturno? At isti qui deos asserūt, uideant quo
respondeant huic argumento, quod inferemus. Si duo
sunt sexus deorū, sequitur concubitus, & si coeunt, ut do-
mos habeat necesse est. Nec em̄ carēt uirtute ac pudore,
ut hoc promiscue, aut in propatulo faciant, sicut mutui
demus facere animalia. Si domos habent, consequens est,
ut & urbes habeant, & quidē authore Nasone, qui ait,
Plebs habitat diuersa locis, hac fronte potentes
Cœlicolæ, clarisq; suos posuere penates.
Si habent urbes, & agros igitur habebunt. Nam quis no-
uideat quæ sequantur, arare illos, & colere, quod quidē
uictus cā fit, ergo mortales sunt, qd argumentū retrouer-
sum idē ualeat. Si em̄ agros non habent, ne urbes qdem, si
urbes non habent, ne domos qdem. Si domibus carent,
ergo & cōcubitu. Si cōcubitus ab his abest, & sexus igit
fœmīus. In dīs aut uideamus & fœmīas esse, ergo dīs no
sunt. Dissoluat hoc argumentū si quis potest. Ita em̄ res
rem sequit, ut hæc ultima necesse sit confiteri. Sed ne illā
quidē dissoluet alijs, ex duobus sexibus alter fortior,

LIBER I.

XXVIII.

alter infirmior est. Robustiores enim mares sunt, foeminei imbecilliores. Imbecillitas autem non cadit in Deum, ergo nec foemineus sexus. Huic additum superioris argumenti extrema illa conclusio, ut dii non sint, quoniam in diis & foeminæ sunt.

¶ Quod stoici fidem historiarum, & poetarum figmenta inani physica ratione pervertunt, & quæ miseriae, & turpitudines de Diis referantur. Cap. XVII.

Bhas rationes stoici alio uersus Deos inter pretantur. Et quia non praevident quid sit in uero, conantur eos cum rerum naturalium ratione coniugere, quos Cice secutus de diis, ac religionibus eorum hanc sententiam tulit. Videtis ne igitur, ut a physicis rebus bene, atque utiliter inuentis tracta sit ad commentarios, ac fictos Deos: quæ res genuit falsas opiniones, erroresque turbulentos, superstitiones pene aniles, & formæ enim deorum nobis & ætates, & uestitus, ornatiusque noti sunt. Genera præterea, coniugia, cognationes omnes, omniaque traducta ad similitudinem imbecillitatis humanæ. Quid planius, qd uerius dici potest: Romæ philosophiae princeps, & amplissimo sacerdotio prædictus, commentarios, ac fictos Deos redarguit, quorum cultus superstitiones pene aniles esse testatur, falsis opinionibus, erroribusque turbulentis implicatos hoies esse queritur. Nam totus liber tertius de natura deorum omnes funditus religiones euertit, ac delet. Quid ergo a nobis expectatur amplius: Num eloquentia superare possumus Cicerone: minime id quidem, sed fiducia illi defuit ignorantie ueritatem. quod ipse simpliciter in eodem opere confiteat. Ait enim

F. ii